

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

Prooemium.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082



I. N. J.

RATIO seu METHODUS,
Scriptores Sacros & Ecclesiasticos cum
fructu legendi, excerptendi, & Locos
Communes Theologicos con-
ficiendi.

PROEMIUM.

Scriptorum Sacrorum & Ecclesia-
sticorum Libros cum fructu legendi,
optima quæque ex illis excerptendi, ac
Locos, quos vocant, Communes The-
ologicos conficiendi modum, Metho-
dumque edocturus, opus sane arduum atque
difficile, variisque variorum judiciis exposi-
tum, sed & utilissimum Studiosæ Juventuti, &
in primis necessarium aggredior. Opus, in-
quam, aggredior arduum ac difficile; Quæ
enim majoris ponderis res est, quam Sacra-
volumina & Ecclesiæ Doctorem, antiquo-
rum ac recentiorum, scripta cum utilitate qua-
dam & commodo legere? Quæ magis diffici-
lis, quam eadem rite legendi, & ex illis, quæ no-
tatu

PROEMIVM.

tatu digna sunt, feligendi ac ordine disponendi, optimam rationem præscribere? Atque in difficilibus difficile est, placere omnibus, quare multorum hîc extimescenda iudicia sunt, acerbiora magis, quam libera. Verum & utilissima omnium res est, & maxime necessaria illis, quibus profectus in Scientia Theologica curæ, cordique est. Non dico, possidere plurimos libros. Multitudo enim librorum non parit scientiam, sæpe etiam impedit. Nec dico, evolvere tantum & legere libros; Nam nec lectio sufficit, ne repetita quidem. Sed enotare, excerpere & feligere optima quæque, & illa in suas capedunculas seu Locos Communes referre, hoc est, ut verbo dicam; *Lectiois sue fructum capere*. Hic enim solidus Studiorum fructus est, ea, quæ leguntur, excerpendo sua facere. Quisquis itaque in Theologia præferim Didactica & Homiletica proficere, & Verbi præconio Deo & Ecclesiæ aliquando inservire cupit, statim primis Studiorum Academicorum annis non solum lecta, sed etiam audita dignioris notæ enotare, & in certas classes disponere incipiat. Qui enim non mature sibi ex optimis autoribus eruditionis Theologicæ collegit suppellectilem, is cum difficultate & non sine magno labore Orationem sacram conscribit, hinc

PROEMIUM.

inde anxius disquirat, cum tædio, vel temporis dispendio, modo hos modo illos Libros & Librorum Indices volvit atque revolvit. Hic, ibique aqua hæret, tandem, quod ultimum est refugium, destitutus propriis, *Postillatores* adorat, integras sæpe Conciones ex aliorum Homiliis describit, & psittaci in morem ex Cathedra recitat. Quamobrem ut futurus Concionator non solum legat, sed & seligat, enotet excerptat, atque notatu digna in Codicillos suos, referat, non utile, tantum sed & summe necessarium est. Animus proinde est, non tam legendi S. Biblia & Scriptores Theologos, præsertim Practicos, quam cum fructu legendi, atque lectionis ordine nihil turbato, eruditione vero plurimum aucta, enotandi, excerptandi, & quælibet in suos Locos, sive in suas classes referendi, modum ac rationem ostendere. Nemo feliciter colit agrum, nisi qui modum colendi habet cognitum; sic nemo in lectione, Autorum recte & cum commodo versatur, nisi qui rationem legendi perceperit, h. e. enotandi, excerptandique methodum ignorat aut laborem fugit. Deinde Locorum Communium Theologicorum titulos, in quibus fingendis, ordinandis & disponendis difficultas haud levis est, juxta seriem Alphanumericam suppeditabo,

E B B A

tabo,